



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu**

**Pragae, Anno M.DCC.III.**

**VD18 13723553**

Excom[m]unicatio.


---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

tum Eucharistiae quibuscumque personis,  
quoties opus fuerit. Concessit Julius II.  
Minimis, per Bullam dat. 5. Kal. Aug.  
1506. Incipit: *Dudum: est 10. in Bull.*  
*comm. in n. 39.*

*Communicatur Superioribus, & iis qui-*  
*bis ipsi commiserint.*

Vide quæ habentur infrà verbo *Sacra-*  
*menta, & suprà verbo Altare.*



## EXCOMMUNI- CATIO.

### §. I.

#### *Quomodo excommunicatio proferenda.*



I Präpositi aut Rectores sen-  
tentiam excommunicationis  
in aliquem Nostræ Religio-  
nis in Congregatione, vel  
Communitate ferre velint, non tenentur  
eam scripto proferre, non obstante pœ-  
nâ juris. Habetur V. V. O. Leonis X.  
est 66. inter ejus Oracula in Bull. Regu-  
larium.

*Si in aliquo casu opus esset hac facultate,*  
*quilibet Superior, qui excommunicare potest,*  
*ea uti poterit.*

### §. 2.

*In ab.*

sonis,  
us II.  
. Aug.  
n Bull.  
iis qui-  
  
SACRA  
ccccc  
renda.  
ores sen-  
cationis  
Religio-  
ne, vel  
enentur  
te pœ-  
onis X.  
. Regu-  
ccultate,  
re potest  
  
In ab-

*In absolutione ab excommunicatione  
non tenentur servare formam.*

Nostri Confessores, absolvendo in fo-  
ro conscientiae excommunicatos, non te-  
nentur servare formam, quæ observatur in  
publicis absolutionibus, scilicet flagella-  
tionem cum Psalmo Miserere mei : Ex V.  
V. Orac : Leonis X. authenticatum Lit-  
teris sub plumbo, ut in Bull. Regul. inter  
ejus Oracula. n. 16.

§. 3.

*Nisi nominatim, Nostri non possunt  
excommunicari, &c.*

NICOLAUS IV. noluit Fratres ligari  
aliquâ sententiâ excommunicationis, sus-  
pensionis, & interdicti, vel hominis, nisi  
nominatum fieret mentio : nec sufficeret,  
si diceret in sententia generali, ut perin-  
de valeant, ac si essent nominati expres-  
sè. Habetur in Cæremoniali, seu Pon-  
tificiali in Bibliotheca Vaticana.

*Non liquet de fundamento hujus Privi-  
legii.*

§. 4.


*Nostri non incurruunt excommunicatio-  
nem &c. ob participationem in divinis  
cum excommunicatis.*

Nostri propter participationem etiam  
in Divinis cum Excommunicatis, suspen-

E 4 sis, &

sis, & interdictis à jure, vel statutis Ordinariorum, nullam excommunicationis, seu censuræ, aut peccati maculam incurruunt: nisi ipsi Excommunicati essent specialiter denunciati. Concessit Eugenius IV. Monachis S. Iustinæ per Bullam, dat. 30. Jun. 1426. Incipit. *Etsi quaslibet: est 11.* in Bull. Regul. in n. 17. & Julius II. Olivetanis per Bullam, dat. 1. Jun. 1507. Incipit: *Etsi ad universos: est 12.* in Bull. comm. in n. 23.

*A quibus Excommunicationibus Nostri possint absolvere, vide verbo Absolutio. Et an Nostri possint commorari in terris excommunicatorum, Sc. vide verbo Hæretici. § 1. Vide etiam circa hoc verbum, qua habentur verb, Correctio. §. 2. Sc. verbo Apostatæ. §. 7. verbo Interdictum, ac verbo Prælati. §. 2.*



## EXEMTIO.

### §. 1.

*Societas, ejusque bona eximantur ab Ordinariis, solique sedi Apost. subjiciuntur.*



*Ocietas, & universi illius Socii, ac personæ, illorum que bona quæcumque, ab omni Superioritate, jurisdictione, & cor-*